



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. VVenceslaus Dux S. Chariton S. Lioba Abbatissa. 28. Sept.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44934**

S. VVenceslaus Dux S. Charite  
S. Lioba Abbatissa. 28. Sept.



*Studium gloriae æternæ.*

Oremus ut Christus semper suo  
regnet in milite, ut semper miles suo  
triumphet in Rege. Chrysologus.

Deus qui neminem in desperantem  
nimium affligi permittis, sed plura  
precibus præstas auditum, concede ne  
intercessione S. VVenceslai (S. Chari-  
tionis: S. Liobæ à cunctis mereamur  
cripi aduersis per D N Iesum &c.

Ora pro prælatis Ecclesiæ &c.

1. S. Wenceslaus Dux siue Rex Bohemiæ sub Ottonis I. imperio tā religioni Catholicæ addictus fuit, ut quotānis triticeæ segetis ipse demeteret, & vuarum legeret, quantum sacrificio Sacerdotis annuo sufficeret. Hæc pietas fratri eius Boleslao æque ad dæmoni displicuit, & vterq; vna cæde Dei virum occidit,

2. S. Chariton nobilis Iconij ciuis, pro Christi confessione verbera & cōtumelias expertus, ac diuina vi liberatus Ierosolymam & in eremum Vicinam effugit istic ille multorum SS. Pater & Rector effectus Christi regnum non parum propagauit.

3. S. Lioba V. ex Anglia ad S. Bonifacij Germaniæ Apostoli votum in Germaniam puellas fæminasq; instructura aduenit. Fecit id illa piissime & à Deo meritis cumulata quieuit.